Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30296
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



& continuo frigidus expectore eius sudor erupit. Deniq; ipsa die ab eodem incomodo liberatus psallere cepit quasi unus de ceteris fratribus. & hoc illi beneficium usq; hodie perseuerat.

Norunt multi
deuotum iuuenem qui lugdunensis oli ecclie filius modo monachus cysterciensis patrui sui sci hugonis graciano politani epi. cui & nomen meruit mores imitatur. Huius conuersione uir scs audita gauisus est. quia patruo eius singlari fuerat caritate deuinctus. & consolatorias illi literas misit. Contigit aut ut in eode tempe ide iuuenis febre correptus grauiter laboraret. Susceptam q debita ueneratione eplam fideli deuocione collo suo obremedium salutis appendit. & usq; modo gratulatur pfectam se ptinus obtinuisse sospitatem.

Cum uenisset aliquando pater scs ad monasterium trium fontium. oblatus est ei clericus quidam ex his qui reglares nominantur homo grandeuus & cecus. Inposuit ei manum & breuem ex more fecit orationem. & eade hora uidentem illum remisit ad ecclesiam suam.

In trecensium urbe multa p hunc di famulum miracla claruerunt. Equibus duo que psentibus epis Gotefrido lingonensi & heinrico trecensi facta sunt memoramus. Puella curuam in pdicti trecensis epi ppinqui & noti cum multis ei pcibus offerebant. Tantus uero concursus erat ut cum eam signatam di famulus ac si molle lutum int sacras manus mirabiliter formans erexisset. & erectam incedere pcepisset locus n potuit inueniri. Demum sup mensam magnam que ppe posita erat statuerunt illam. & erecta libere gradiebatur magnifice dnm collaudantibus uniuersis. Hanc quoq; adhuc sup stitem ab his qui eam nouere nup audiuimus.

In eade urbe filiam mutam pater scto obtulit mater cui morbus epilempsie loquendi ademerat facultatem. Nec mora seruo xpi inponente ei manum solutum est uinclm oris eius. & loquebatur recte.

In eiusde urbis diocesi loco cui nomen dona mater cum uir scs missarum sollempnia celebrasset cecum illi filium obtulit pater. Expuens aut indigitos suos. & palpebras eius liniens. eade hora uidentem illum reddidit patri suo.

Nec longe ab
eode uico aput oppidum arcilerias ptus missarum similiter celebrationem feminam claudam que in pbenda odonis eiusde castri dni mendica uiuebat cum basilicam egrederetur signans & sanans. pplm multum qui undiq; fuerat congregatus ammiratione & exultatione repleuit.

In exitu quoq; oppidi quod rosna uocant paralyticum hominem sic extenuatum corpe ut solam circumferre uideretur pallide mortis imaginem. inpositum plaustro transeunti offerunt uiro di. Is quoq; uir signatus est deponi & incedere iussus plaustrum suum suis pedibus incolomis sequebatur uehementer stupentibus & in di laude acclamantibus uniuersis.

Alio tempe.
Aproximum castrum brenam transiens obuium habuit pplm multum. sicut ubiq; semp & undiq; in ipsius occursum confluebat innumera multitudo. Ubi cernentibus cunctis feminam claudam ex eode oppido tetigit & erexit. quam & ibide postea uidimus occurrentem ei cum ceteris & gras referentem.

In Pago senonico apud castrum quod triangulum uocant int missarum sacra sollempnia femina cuius ibide pannos decem cecitas oibus innotuerat. sub manu uiri di mirantibus omnibus uisum recepit.

Apud monasteriolum quoq; ubi iona & sequana confluunt psente piissimo principe comite theobaldo cuius supra fecimus mentionem. aliis quoq; astantibus n paucis potentibus uiris offerenti diuina sacrificia uiro di paraliticam feminam obtulerunt. Quam expletis sollempniis tangens & erigens. ipa hora sanam remisit ad ppria. ita ut suis illa pedibus abeunte grabatum in quo fuerat adportata. in eade basilica uacuum remansisse uiderimus.

Eius de quoq; diocesis castrum iouiniacum nirum transeunti eide famulo xpi. in strata publica cecam feminam offerebant. Substitit & breuiter orans eide femine manus imposuit. & dns aperuit oculos eius. Ut aut uidere uisa est exultatio magna secuta est omnium qui aderant. & clamantes alter ad alterum. anna uidet. anna uidet. hoc enim eide femine nomen erat. copiosius undiq; confluebant.

Interea uir scs accelerans declinabat turbas & egrediebatur cum iuuenis quidam altero oculo cecus ab utero matris sue secutus & consecutus est eum. Qui quide & ipse continuo ad eius benedictionem uisum recepit. & geminata leticia est ppli psequentis.

Autisiodorum aliquando ueniens uir beatus orationis causa monachorum basilicam introiuit. ubi confessor dni glo